



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

2 Pro propria valet ecclesia quis testificari.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

CAUSA XIV.

Annici a iustissima ecclesia quæstionem movent de prædicto: testes fratres sui producant: negotiatoribus pecuniam crediderunt, ut ex eorum meritis emolumenta acciperent.

QUÆSTIO I.

Vel adem sua repecte non possint, facti videntur posse probare. At enim Dominus in Evangelio: b [Si vis perfectus esse, vende, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus.]

C. I. ¶ Proventus tranſitus Episcopos provocatos non litiget.

Item ex concilio Carthagenſi IV. cap. 19. Ille Episcopus nec provocatus pro rebus tranſitoris litiget. Quæ ergo generaliter prohibetur in iudicio contendere, patet quod si non licet stare coram iudice.

C. II. ¶ Peccat qui ultra debitum exigit, non qui suo debito reposit.

Unde August. lib. 19. contra Faustum, c. 25. Quod debetur, enim benigne dimittitur, non tamen inique reperitur. Peccat autem qui exigit ultra debitum: ideoque lex modum figens, penam talionis instituit.

In aliquo venustis exemplaribus capitulum hoc conjunctum est superiori, & confectum est ex verbis B. Augustini, lib. 19. contra Faustum, c. 25. hinc inde acceptis, & interduo etiam immutatis.

a al. Clerici. b Matth. 19. Luc. 14. Marc. 10. c Matth. 23. d 1. Cor. 6. e L. moral. c. 8. ad 3. l. b. f Sup. l. q. 2. sacerdot. g L. 1. d. 1. l. 1.

C. III. ¶ De eodem.

Item in lib. de sancta virginitate 1, c. 14. & 15. Quisquis a præceptis non obtemperat, reus est, & debitor penæ. Et paulo post. ¶ Præcepto Domini non obedire, peccatum est: consilio si utinoleris, minus boni adipisceris, non mali aliquid perpetrabis.

1 ¶ Virginitate ] Restituta est citatio ex Polycarpo. Antea citabantur, ex sermone Domini in monte. 2 ¶ Servientis ] Sequebantur hæc verba, vel obediat, vel imperantis, ut ei obediat, quæ sunt expuncta, auctoritate edictum veterum, & originalium.

QUÆSTIO II.

Es autem, quod queritur, an de suis fratribus testes producere possint, nulli auctoritatibus videntur esse prohibentium. Leges enim tam sacrorum canonum, quam secularium Principum prohibent ad versus aliquem d. testem de suo domo producere. Contra se enim quisque testari potest, pro se vero minime.

C. I. ¶ Clerici pro sua ecclesia testimonium ferre possunt.

Unde Paschalis II. Guidoni Archiepiscopo Viennensi, Apostolica sedis legati scribit, dicens. Super prudentia tua plurimum admiramur, quod in negotio beati Stephani, clericorum istorum acceptare nolueris testimonium. Diversæ namque sunt species causarum: nec in omnibus causis crimina agitantur. In criminibus si liquidem, accusatorum, & testium illa distinctio observanda est, quæ in canonibus continetur: ne qui ad probationem domesticæ assumantur.

Potesse etiam intelligi aliter. Domesticæ ad probationem non admittuntur, ut pro his cadentes, quorum sunt domesticæ, testimonium ferant. Et autem (sicut supra de alteribus, dictum est) non pro domesticis, sed pro ex ecclesia, quæ mater est omnium pauperum, testimonium dicant. In consuetudinibus autem instrumentis secularium negotiorum Presbyteri non vocentur ad testimonium: sed si causa contractus cui interfuisse contigerit, jubente Episcopo testimonium dicant.

C. II. ¶ In consuetudinibus instrumentis sacerdotibus ad testimonium non vocentur.

Unde in synodo habita Romæ ab Eugenio Papa II. statutum est, c. 15. Quamquam g sacerdotum testimonium creditilius habeatur, tamen ipsi in secularibus negotiis pro i testimonio, aut consuetudinibus instrumentis non rogentur: quia eos in talibus rebus esse non convenit. Si autem 2 eventu aliquo causæ interfuerint, & aliquid viderint, vel audierint, ubi nullæ idoneæ secularium.

a Polyc. lib. 1. tit. 24. b Cap. 15. c in vulgatis erat. Greg. in epistol. ad Iovinianum. d al. extraneum. e al. districtio. f al. criminalibus. g Polyc. l. 4. tit. 31.

inveniantur persone; ne veritas occultetur, & malus ut bonus fingatur, in providentia proprii Episcopi sit; ut aut coram se & competentibus iudicibus, aut aliter honorifice veritatem attollant.

1 ¶ Pro testimonio ] Sic est emendatum ex concilio Eugenii II. & Leonis IV. & Polycarpo. Antea enim legabatur, pro conficiendis instrumentis ad testimonium non rogeatur.

2 ¶ Et si autem ] In concilio ipsi, & Polycarpo legitur, si eam eventus cause aliquid viderint, &c.

QVÆSTIO III.

¶ **Q**uod autem prater summam emolumenta sollari, sit usura accipere, Augustini auctoritate probatur, qui in Psalmum 36. ad vers. [ *Tota die* ] scribit, dicens.

C. I. ¶ Qui plus, quam dederit, accipit, usuras accipit.

¶ **S**i b foeneraveris homini, id est, mutuum pecuniam tuam dederis; à quo aliquid plus, quam dedisti, expectes accipere; non pecuniam solam, sed aliquid plus quam dedisti, sive illud triticum sit, sive vinum, sive oleum, sive quodlibet aliud, si plus, quam dedisti expectas accipere, foenerator es; & in hoc improbandus, non laudandus.

C. II. ¶ Quod quid supra datum exigitur, usura est.

Item Hieronymus super c. Exhortationem, lib. 8. ad c. 17.

¶ **P**utant a quidam usuram tantam esse in pecunia. Quod pravi dunt scripura divina, omnis rei aufert superabundantiam, ut plus non recipias, quam dedisti. Item ibid. ¶ Alii pro pecunia foenerata solent munuscula accipere diversigenis; & non intelligunt usuram appellari, & superabundantiam, quidquid illud est, si ab eo, quod dederint, plus acciperint.

C. III. ¶ Quodquid forte accedit, usura est.

Item Ambrosius in lib. de Tobia, c. 14.

¶ **P**erique e refugientes præcepta legis, cum dederint pecuniam negotiatoribus, non in pecunia usuras exigunt, sed de meritis eorum, tanquam usurarum emolumenta percipiunt. Idem audiant, quid lex f. dicat. [ Neque usuram, inquit, eorum accipies, neque omnium rerum. ] Item paulo post. ¶ Et etsi usura est, & vestis usura est, & quodcumque forte accedit, usura est; quod velis ei nomen imponas, usura est. Item paucis interjectis. ¶ Si quis instaurandum convivium putat, ad negotiorem mittit, ut absynthiaci & cupellam sibi gratis deferat: ad cauponem dirigit, ut Picenum vinum, aut Tyriacum h requirat ad laniam, ut hilam sibi procuret, ad alium, ut poma sibi adorne.

1 ¶ Absynthiaci ] De hoc vino, quod rarissimam colitionem accelerat, ideò, instaurandum convivium aptum est, meminit Dioscorides, lib. 3. cap. 49. Lampridius de Helogabalo inquit, & rosato, atque absynthio k vulgus ad bibendum invitavit. De hoc Alciatus parer. 17. cap. ult.

C. IV. ¶ Quando amplius, quam debetur, exigitur usura est.

Item ex concilio Agathensi.

¶ **V**sura est, ubi amplius requiritur, quam datur. Verbi gratia, si dederis solidos decem, & amplius quaesieris: vel dederis frumenti modium unum, & super aliquid exegeris.

¶ **E**cce evidenter ostenditur, quod quidquid ultra sortem exigitur, usura est.

a al. ussynthiacum. b Sent. 3. dist. 37. l. 100 p. 12. c. 17. c Et ibi gl. ordi. d Sent. ibid. l. 100 p. 13. c. 18. Pann. l. 2. c. 100. e l. 100 p. 13. c. 18. f Deu. 23. g al. absynthiaci. h al. thermanico. i al. thermanico. k fortasse absynthiaci, aut absynthiaci. l Caput. 1. c. 23. Burd. l. 2. c. 26. l. 100 p. 6. c. 200. Pann. l. 2. c. 101.

QVÆSTIO IV.

¶ **Q**uod vero nec clericus, nec laicus licet usuras exegerit, propter auctoritatem Gelasii, & aliorum.

C. I. ¶ A quolibet negotiationis clericus abstineat.

¶ **A**si enim Gelasius Papa, scribens Episcopo pro Luciano & Siciliano, c. 17.

¶ **C**lerici a aurab indignis quibuslibet negotiorum negotio vel cupiditate cessandum; aut in quocumque genere sint possiti; si cessare noluerint, mox a clericibus officii abstinere cogantur.

¶ **S**i cessare noluerint ] Hac non sicut in epistola, sed referuntur super. dist. 88. consequens, sed non sicut epistola gelasii.

C. II. ¶ Excommunicentur ministri, qui foenerantur.

Item ex concilio Agathensi l. quod confirmavit Papa Dylogus, cap. 12.

¶ **M**inistri e, qui foenerantur, placuit iuxta formam vinitus datam eos a communione abstinere.

C. III. ¶ Qui volent esse in clero, à studiis negotiationis abstineant.

Item ex concilio Tarraconensi, c. 2.

¶ **C**anonum e statutis firmatum est, ut quicumque clero esse voluerit, emendi vilius; vel vendendi rursus studio non utatur. Quod certe si voluerit, cohibeatur à clero.

C. IV. ¶ Alienetur à clero usuras, aut superabundantiam exegerit.

Item in concilio Marini Papa, c. 6.

¶ **S**i quis oblitus timorem Domini, & sanctam scripturam, quæ dicit: d. [ Pecuniam suam non dabo in usuram ] post hanc cognitionem magni i concilio veneraverit, & centesimas exegerit; aut ex quolibet negotio turpe lucrum quaesierit, aut per diversas species, vel frugis, vel cuiuslibet rei emendo, vel vendendo, qua incrementa susceperit, de gradu suo deprecetur, habeantur à clero.

¶ **M**agni concilii ] Sic loquitur Martinus Beatus, quoniam hanc sententiam accipit ex capite 17. concilii Marini, c. 6. quoniam e in duobus versibus Gratianorum, post hoc continuo illud subiungitur.

C. V. ¶ Pro pecunia, quam clericus mutuo dedit, iusto pretio speciei accipere potest.

Item ex concilio Tarraconensi, c. 2.

¶ **S**i e qui clericus solidum in necessitate percipit, hoc de vino, vel frumento accipiat; quod necesse est causa tempore statuto decretem fuerit veniens. Ceterum si speciem non habuerit necessitatem, quod dedit, sine illo augmento recipiat.

C. VI. ¶ Clericus non accipiat plus quam communidatur.

Item ex concilio Carthaginiensi, f. III. cap. 10.

¶ **N**ullus e clericorum amplius recipiat, quam communidaverit: si pecuniam, pecuniam accipiat speciem eandem, quantum dederit, accipiat: si quid aliud tantum, quantum dederit, accipiat.

C. VII. ¶ Etiam laicus usura damnandus est.

Item Leo Papa, epist. 69.

a Distinct. 8. consequens. b prævide. l. 100 p. 12. c. 17. d Distinct. 8. orig. l. 100 p. 13. c. 18. e Burd. l. 2. c. 100. f l. 100 p. 13. c. 18. g l. 100 p. 13. c. 18. h In vulgatis erat, Agathensi: g Aug. l. 2. c. 100. lib. 2. c. 124. l. 100 p. 6. c. 198. e p. 12. c. 9. Pann. l. 2. c. 101. h l. 100 p. 6. c. 197. e in concil. Agathensi, c. 62. Poly. l. 4. tit. 9.